Boethius, Anicius Manilius Severinus [Beitr.]; Johannes, Damascenus [Beitr.]; Hieronymus, Sophronius Eusebius [Beitr.]; Pelagius, Haereticus [Beitr.]; Ambrosius, Mediolanensis [Beitr.]: Sammelhandschrift: Opuscula sacra, Excerpta e Johannis Damasceni de fide orthodoxa, Libellus fidei, Excerptum de fide libro I.: Boethius etc.

Marbach, Elsass, [2. Hälfte 12. Jh.] Seite 146r

146

qui filius. quoniam pater. Quoniam generatus ex utero. Quoniam eructuavit ex corde verbum. legitur. Non
ut ex intimo et inestimabili patris intelligatur ut scriptum est perdisse secreto. Filius enim aut
per adoptionem aut per naturam est. Per adoptionem nos filii dei dicimur. ille per veritatem naturae
est. Quoniam qui ex nichilo. Ille qui ex nichilo fecit omnia. Non habet filium qui nescit unum sit.
Denique nec iudei habebant filium, quia unum esse nesciebant. Et ideo dixit his dominus: Nesci
tis unum veni. Et infra. Neque me nostis. neque patrem meum. Qui enim negat ex patre
filium. nec patrem ex quo est filius novit. quia filium novit qui patrem nescit. Arrius
dicit. ex alia substantia. Quae quia alia substantia equatur dei filio ut ex ipsa dei filius sit. Dum
quoniam reprehendunt quod nos id dicimus aut usyam grece aut latine substantiam dominus. cum ex
alia dicendo substantia. filium et ipsum substantiam dei esse confirment. Sed si de omni substantia aut non dei
una volunt dicere. facile revincuntur. quia et usyam grece et substantiam latine frequenter scrip
tura memoravit. Et petrus vult nos ut legimus divine fieri consortes naturae. Quod si ex substantia
alia filium dicent ipsi se revincent. et verbum substantiae quod metuunt confitendo et filium
creaturis quibus praeferre se simulant confitendo. Arrius dicit. creaturam dei filium non sicut ceteras creaturas.
Quae enim creatura sicut alia creatura est. homo non ut angelus. terra non ut celum. sol non ut aqua.
lumen non ut tenebrae. Nichil quia praeferendo donavit. sed ad simplices decipiendos
misero colore fraudem suae impietatis obduxit. Arrius dicit. mutabilem et convertibilem
dei filium. Quoniam quia deus sit immutabilis. cum ipse dixerit. Ego sum. ego sum. et non sum mutatus. Vere
nunc michi propheticum illud est confitendum quod propheta vis de domino promittit ysayas dicens. O
miser ego et compunctus corde. quia cum inmunda habeam labia. in medio populi inmunda habentis in
munda labia habentis. vidi dominum sabaoth. Ergo ysayas miserum se dicit qui vi
dit dominum sabaoth. quid ego de me dicam qui cum inmunda labia habeam. cogor de dei gratia
natione tractare. Et deinde de his quae metuo locutus erumpo cum dicat de his quae sciebat ex suo
custodiam petit. O si mihi quoque unum de seraphyn candentem illo carbone quem de altari
rio divino sumpsit utique sucipe defensus et sanctam inmunda adurat labia. Aut quae
ut seraphyn descendit in figura ad prophetam. tu autem domine revelato mysterio ad
nos in carne venisti. non per legatum neque per nuncium. sed ipse per te ab occultis meis conscien
tiam meam mundes. ut ego qui dudum inmundus. sed et iam per tuam mediam
fide mundus. illud davidicum canam dicens. Psallam tibi in cythara deus israel.
Gaudebunt labia mea cum cantavero tibi et anima mea quam redemisti.

N ex alia substantia.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs367/0295
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg